

*Bibliothèque numérique*

medic@

**Pseudo-Hippocrate. Liber de Salubri  
Diaeta cum commentario Galeni.  
Hermannus Cruserius Campensis  
interprete**

*Parisiis : Ex officina Gerardi Morri Campensis,  
1531.*



## EPISTOLA

**S**OREVERENDO IN CHRI-  
 STO PATRI D.G V LIEL MO QV Y-  
 non, Priori Corboliensi, commenda-  
 tori D. Ioānis Laterānēsis apud  
 Parisios & Stāpenses, &c.  
 Hermannus Cruse-  
 rius Campensis,  
 S. P. D.



T S I mihi tecum Reuerēde pater  
 & multæ, & iustæ cauissæ amicitiæ  
 priuatim sunt, ut ulla coniunctio  
 arctior haud sciam an esse possit:  
 tamen repetam initia amicitiæ ex  
 parentibus meis, & Angilberto fratre, quam  
 per manus mihi tradiderūt, & ueluti possessio-  
 nem hæreditariam reliquerunt. Nam cùm pa-  
 trimonium tantū nobis sit, ut omnibus id, quæ  
 in bonis nostris sint, lōgē præferamus: & alie-  
 nare, nisi summa præmat inopia, non sustinea-  
 mus: debet profectò amicitiæ, quam à parēti-  
 bus accepimus, posthaberī omnia, nihilq; esse  
 ipsa chariūs, immortāto debet patrimonio anti-  
 quior nobis esse, quauntū inter amicitiā interest,  
 & possessiones. Quare nō est, qui de istis homi-  
 nibus præclarè existimet, qui paternā amicitiā  
 nullis ipsi officijs psequuntur: sed uel intermori-  
 finūt, uel nouis cōiunctionib; cōmutat. Quam  
 ego,

ego quia colui sedulo, plurimi<sup>c</sup>q; semper feci, no  
lui eā tādiū inter priuatos parietes delitescere,  
quin omnibus aliquando sit testata. Hinc itaq;  
impulsus sum (licet illud satis uel tua dignitas  
postulabat) ut librū de salubri diaeta cū cōmēta  
rio Galeni nuper à me Latine uersum tibi dica  
rē: nō illū quidē magnū, sed quē tamē Galenus  
summus uir & clarissimus suis cōmentarijs est  
dignatus. Etsi equidē studiū meū in maioribus  
libris emittendis ponere malebam, nisi homines  
quidam studioſi (quòd nuper librum H I P P O-  
C R A T I S de Humana natura in Latinū ser-  
monē traduxerā: quē ipsum semper supprimē  
dū duxerā, nisi de meo me gradu tum Corbius  
meus, cui nihil uel potui uel uolui denegare, de-  
iecisset) hūc librū, qui cū illo erat aptus, flagitas-  
sent, & quasi suo iure poposcisset. Hactenus igi  
tur illis morē gestū uolui. Nā quae inter hūc &  
illū īserta sunt, quando planè H I P P O C R A-  
T I S esse Galenus negat, & infinitorū errorum  
condemnat, omnino prætereunda duxi. Interea  
quod suppeditabit ocij, omne libris, qui penes  
me iam quidē uersi sunt, sed informiores, ad li-  
mā reuocādis, poliēdis, & lambendis dicabitur.  
ut primo quoq; die libri Epidemiōn, & libri de  
pulsibus exēat: quos, ut sum testatus, nunquam  
mea sponte erā editurus, nisi huc me tum Medi-  
ci quidam doctissimī induxissent, tum Gerar-

A ij dus

## EPISTOLA NVNCVP.

dus Morrhius meus consobrinus, cuius uel uoluntas magnum apud me pondus habet. His igitur sum hactenus assensus, operamq; meam condixi, quoad assequi ualeā: ut tamē mihi cōstet mei studij ratio. Nam quō me à lectione semel retraham, & totū dem interpretationibus, nihil merear, nec est consiliū. Sed hæc-mea est ratio: ubi me lectionis cepit odium, ad uertendum me conseruo, quō ad studium redeā integrior. Quod ego à summis uiris cognoui, & accepi factitatum. Cæterum ego Domine honoratissime in memoria habeo, tuam ope-ram mihi, & gratiam nullo loco defuisse, & ne uicissim meo officio desim, præstabō pro uiri-bus. Interea hanc operam boni consules, dum maiora te digna pariam. Caput autem hoc est, ut quando hoc munusculum ab animo gratissimo, simulq; tui cupidissimo, pficiscitur, pari uolūtate excipias. Va-  
le Lutetiæ Parī-  
siorū. Ter-  
tio Calend. Aprilis, Anno domini, 1531.

**DE SALVBRI  
DIAETA LIBELLVS CVM  
COMMENTARIO GALENI.  
HERMANNO CRUSERIO  
CAMPENSI INTER-  
PRETE.**



NVS hic liber peculiarem habet titulū, ut totius præsentis libri pars prima, ubi de Natura humana sermo habetur. Nam in illo, quod receperat, præstītit, omnibusq; numeris absoluit. Et hic quæ instituit, toto opere tradit. Vnde universus liber, exceptis illis quæ his duobus libris interposita sunt, conuenientem sibi inscriptionem sortitus est: quāam ei quidā de Natura humana, & Diaeta fecerunt. Atq; ut est prorsus liber de humana Natura inculpatus: omnino autem quæ inter duo hæc uolumina irrepserunt, reproba: ita liber de salubri diaeta, fere caret uitio, ubiq; cum HIPPOCRATICA ele-  
mentorum institutione coniuncta. Sūt tamen eius loca, cæterum admodum pauca, quæ non absunt a uitio. At esto, quod multis probatum est, Polybi.

**Idiotæ hac debent diaeta uiuere.**

¶ Ecquos Idiotas appellat, huius libri interpretes, in Idiotæ. quæ equidem incidi commentaria, præterierunt. Nec unquam ex præceptoribus meis, cū librum prælegeant, quæsiui. Nunc quando commentarium in ipsum statuiscibere, male prætermissum a meis præceptoribus iuxta atq; interpretibus, quosnam dicit idiotas, animaduerti. Nempe enim hoc in confessu est, quam infra:

A ij diaetam

Polybus au-  
ctor huius  
libri.

## DE DIAETA

diætam tradit, hanc Polybum nō omnibus hominibus, sed solis præscripsisse Idiotis. Atqui hoc libro si solis priuatæ consuluit, parum recte interpretes libri indistincte acceperūt, quasi ad omneis in communi homines sit habitus sermo. Invenimus enim ἴδια τὰς a Græcis appellari nō simpliciter, sed in relatione ad aliquid. Nam hūc esse huius idiotæ artis aiunt: illū illius exercitiū. Est, cum hos opponant illis, qui genti aut oppido præsunt, aut omnino publicum aliquod munus obeūt; itaq; qui uelutī priuatā uitā agūt, idiotas hos, idest, priuatos appellat. Evidem cū mecum consyderarē, ecquos de his Polybus uocet hoc loco idiotas, Athletas illum existimauit a cæteris hominibus aperte separare. quā doquidem unam illi diætam in pane cōstitutam, & carniū esū habēt. Ab his, qui militant, aut peregrinātur, aut etiā pugnāt, quibus nō est delectus habendus, quibus cibis uesci, aut nō oporteat. His enim uti cogitur quisq; quorū datur facultas. Præterea, qui quoquo modo festināter faciūt iter, nequeunt ullo modo, ut dictat Polybus, rationē habere uictus. Et breuiter, quicunq; negotijs publicis distinētur, aut uitā degunt quā uocat ἴδια τὰς. Quare ad hos solos, qui sibi uiuunt, quos priuatos uocat, diæta, quā tradet, spectat.

Hyeme q  
seruanda  
diæta.

**H** Yeme præ cæteris plurimum comedendum, bibendum quam parcissimè. Et postus esse uinum debet quam meracissimum: cibus, panis, opsonia, affa omnia. Holeribus hac tempestate præter cæteras paucissimis utendum: Nam hac potissimum ratione corpus calidum & siccum fit.

**T** Summa totius narrationis commemorata, recte ad finem

nem orationis adscripsit, qua de causa singula, quæ dicta sunt, præscribat. Et enim calfacere corpus & siccare instituit, adductus temporis immoderato temperamento. Quod si moderatum fuisset, ut Vere est, moderationem seruare diætam mandasset: Conseruâda siquidem moderata sunt: quæ modum excedunt, immutanda. Nam mutatio non nisi ex contrarijs fiat immoderatis. Nam quod ultra modum corp<sup>o</sup>, aut iam est calfactum, aut calfit, refrigerari querit. Quod uero est refrigeratum uel refrigeratur, caltier*i*. Simili ratione in immoderata humiditate & siccitate morbiferas excellentias contrarijs admouendis repellere oportet. Ac contrariam immoderationem applicare debemus, quæ hactenus a tergo medium & mediocre relinquat, quatenus ab illo recessit morbifera. Quocirca bruma, quia temperamento est frigido & humido, conductit quam plurimum cibi sumere: bibere autem omnium parcissime. Plurimum hic nō ad facultatem referes, sed ad cæterata tempora. Itidem bibere omnium pareissime, compones cum reliquis temporibus. Eodem est modo dictum, esse uinum meracissimum debere, præ eius alijs temporibus mixtione. Veruntamen ad uirium modum, præsentemq; usum, moderaberis uinum & cibum offerendum, sic etiam somnum, gymnasia, & in summa, quæcumq; a Medicis exercitia appellantur. Nam uinum quidem meracissimum, & assas carnes calfacere simul & exiccare, si cum maza & holericibus confatur, quis est, qui ignorat? Et panem item præ maza calfacere dixeris & siccare. Atq; haec quidem auctorem attulisse ueluti exēpli duces. Tu porro legumina deliges, quæ calfaciunt & exiccat, ut lenticulā. Præterea de holericis, q; hac sunt facultate prædicta, ut brassicā: sic ex carnibus, q; sylvestriū sunt animatiū, & sale cōditæ. Sed & mihi

## DE DIAETA

& mihi quoqe hec sunt pro exemplis dicta. Nam solida per se alimentorum sylua tribus Commentarijs, qui de facultate alimentorum inscripti sunt, constat. Itaqe quemadmodum recte sunt hec de cibis in qualitatibus deligidis & uitandis dicta: sic quae de modo tradidit.

Nacibi, prae alijs temporibus, plurimum hyeme cocez demus, memores probe in Aphorismis esse dictum.

Apho. 18.  
lib. primi. Aestate & Aut\u00fano cibos difficillime ferunt: hyeme, facillime: secundum locu uer tenet. Quod si cui, qua de re hec sunt, cognoscere cordi sit, docuit & hoc in Aphorismis, his uerbis. Ventres hyeme, & uere calidissimi sunt: quod aer id temporis frigidus intro arceat densando, & in penetrabilibus corporis concludat naturalem calor\u00e9, quae aestate perspiratione digeritur.

Respiratio At respiratione aer attrahitur calidus. Respirationem uoco, cum spiritus intro & foras per os fertur. Perspirationem, quae per totum corpus perinde fit.

Perspiratio Dieta in aere, **A**T uere ineunte, amplius potandum & dis-

lutius est, ac paulatim. Sunt pr\u00e9terea sumendi moliores cibi, paucioresqe, atqe panis subtrahendus, mazaqe exhibenda: tum opsonia eadem ratione. Iam etiam affa elixis commutanda, ac holeribus iam in uere paucis utendum, dum a\u00e9statem homo attigerit. tum cibis omnibus utendum mollibus, obsonijs elixis, holeribus iuxta & crudis & elixis, poculis multo dilutissimis & plurimis, & ut ne magna mutatio sit, subito utenti.

¶ Ampliorem dixit, & dilutiorem, non plurimum, & dilutissimum Vere potum esse offerendum, Nam plurimum

rimum & dilutissimum æstate iubet, quæ contrarium hyemi temperamentum habet bibere. At Ver ut me-  
dio est inter extrema temperamēto, ita medium requi-  
rit diætam, frigidorem illam quidem & humidiorem,  
ratione hyemis : calidorem & sicciorum, æstatis ra-  
tione. Proinde ex his planum est, quomodo quam tra-  
didit seruandam æstate & Autumno diætam, interpre-  
tari debeamus. Quare id quidem mihi prætereundum  
est : & lectoribus saepius sedulōq; attendentibus di-  
cta omnia clare sunt, ut hactenus quæ habita sunt, nul-  
lum defyderent interpretem.

**A** Estate maza molli nutriri, & potu diluto Diæta in  
simulq; multo, tum opsonijs omnibus eli- æstate &  
xis oportet. Atq; his ita, ubi sit æstas, uti debe- hyeme.  
mus, quò frigidū sit & molle corpus. Siquidem,  
tēpestas calida est & siccata, corporaç; reddit &  
adusta & squalida. Quare his rationibus obui-  
andū est. Eodē modo, ut ex hyeme in uer, ita ex  
uere in æstatem cum deuenitur, cibum dedu-  
cere, potum autem augmentare oportet : atq;  
in eum modum annum complēdo, ex æstate in  
hyemem peruenire. In Autumno contrā, cibi  
maiori copia, & sicciores exhibēdi : & opsonia  
eadē ratione. Pocula pauciora, ita ut meracio-  
ra : ut cum hyems cōmoda sit, homo perpetuō  
potu uteſ meraciori & pauciori, & cibo quām  
plurimo & siccissimo : nam ita imprimis uale-  
bit, minimeq; rigebit. Tempus enim hoc ma-  
gnopere frigidum & humidum est.

B

¶ Quæ

## DE DIETA

**T**Quæ in præsentia tractantur ita sunt dissecta, nec ullum desyderant, qui ipsa interpretetur. quod omnibus plana fecit Polybus, nec ullam quæsiuerit puram methodum; cæterum ut sunt scripta, ita accipiuntur.

*Diæta corpulentorū, molliū, & rubicundorū*

**H**abitibus corpulentis, & multum molibus, & rubicundis, toto ferè tempore uti uictu sicciori ex usu est, humida enim est illorum natura.

*Tēperati.*

**T**Quemadmodum temporum differentiæ aliam atq; aliam rationem uictus denūciant, sic habitus corporis: ad quos nunc, absolute de temporibus sermone, descēdit. Et ut accommodatam diætam demonstrauit in temporibus, sic in corporum formis. Nam corpulēti, molles, & rubicundi, tales ex temperamenti humiditate euaserunt. Qui contra ac hi constitutí sunt, de quibus mox aget, ex siccitate. Quamobrem conuenit humidis siccior uictus, siccis humidior. Quæ si recte sunt dicta, neminem latet, temperatos decere diætam temperatā.

Atq; temperatos uoco, quos nec corpulentos, nec graciles, sed appellant quadratos.

*Durorum, gracilium, ruforū, & nigrorum diæta.*

**D**uri, graciles, rufi, & nigri ferè semper uictu debent uti humidiori. Siquidem corpora horum sicca sunt.

*Si nigris*

**T**emperamentorum notas in commentarijs de temperamentis omnis scripsi. ubi πὺς σφυροῦ, id est, duros, & πὺς πρωταρχεῖ, hoc est, graciles esse temperamēti humidioris docuimus: sic nigras quoq;. At rufos non diximus siccō temperamento esse, cæterum hos, qui illis sunt colore finitimi, quos flavos nūcupāt, quando

quando & flaua bilis est temperamento sicco. Verum quidam scriptores minorē in uocabulis usurpandis diligenter adhibentes, committūt, ut rerum doctrinam confundant. Atq; sic nonnulli Germanos flauos uocāt, Germani qui flaui tamē non sunt, si de nomine exactam rationē rufi nō flauinas; sed rufi. Quod est huius reliquum orationistum uere, tu clare est dictum.

**C**Orporibus iunioribus utilis uictus est mollior & humidior. Nam hæc ætas sicca est, & corpora etiamnum sunt concreta. Senes uero humidior uictus plerūq; decet: quòd id ætatis corpora humida sint, mollia, & frigida.

Hic ad ætates transit, ubi diuisionem non plenam fecit, qui eas non in quatuor differētias secauerit, sed in duas tantum: cū deceret, siquidem ætatum tēperamēta Tēperamē rationis uictus studebat indices habere, sicut tēperamēta ætatum, ta quatuor sunt, sic dissecare ætates in quatuor, ac humidam & calidam statuere puerorū, siccā & calidam adulotorū, siccā & frigidā eorū qui ætate inclinata sunt, humidam & frigidam senum. Sed puerorū ætati merito est par esse humidam, quod incrementum incidere in aliud temperamentum possit nullum. At ætati adulorum, quandoquidem plus iusto calida est & sicca, utilis est contrarieæ diætæ usus. Id quod etiam ad ætatem spectat inclinata & uergētem. Verū de ætate senum magna est quæstio, quā neglexerūt, ppe omneis: de qua paulo inferius, postea quoram ætates fatis exposuero, uerba faciam. Si namq; pueri plus habent cītra controuersiam, ut humiditatís, quam est ex usu īculpate ualentibus: ita caloris (neq; enim simpliciter sunt, ut adulti, calidi: sed nativo calore, quæ temperata est, qui in bono sanguine cōsistit) ætas quæ inter pueros intercedit,

B ij & adultos,

## DE DIAETA

Aetas adu- & adultos, quae epheborum est adolescentiolorumq;  
 lessentii & optimo fuerit temperamento. Atqui optimum quan-  
 epheborū do medium est, uictus etiam medio esse temperamen-  
 temperata to debet; ut neq; humidius eorum corpus, neq; siccus,  
 Pueri non neq; calidius, uel frigidius reddamus. Verūtamen cor-  
 exiccandi pus puerorum, quāquam habeat plus humiditatis, quā  
 Senū tēpe- salubris habitus postulat, nihilo magis est siccandum:  
 ramētum. alioqui incremento prohibeas illos. Sed iam quia senes  
 nonnulli esse humidos uolunt, alijs siccios, atq; id utriq;   
 indefinite, faciendum nobis est, ut partim illos esse sic-  
 cos, partim humidos declaremus. quod in commētarijs  
 ostendimus de temperamētis, ubi solidis corporis par-  
 tibus esse declarauimus siccios, sed excrementorū quia  
 ex temperamenti frigiditate copia abundant, hactenus  
 dīcuntur humidi. Vnde si species utrumq; cōtraria &  
 duplex ab hac aetate indicatio existit medicis: quod ob  
 solidarum partium siccum temperamentum, humecta-  
 ri desyderent: rursus propter affluētiā humidi ex-  
 crementi, desiccari. Itaq; quonam modo utriusq; possis  
 rationem habere, abunde in opere de tuenda sanitate  
 Quae diæta diximus. Hoc loco sati sít summam illorum, que illic  
 senibus ser- scripsimus, retulisse. Cibus, potus, & quae reliqua sunt,  
 uanda. spectent humidum & calidum, quasi senū solidæ par-  
 teis corporis, quae solæ recte parteis uocantur, hume-  
 standæ & calfaciendæ sint. Rursus respicienda est ua-  
 cuatio pituitosorum excrementorū. Quare si ex ope-  
 re de tēperamentis colligas, & uia scientiæ discas pro-  
 prium senum temperamentum esse frigidum & siccum  
 acquisititia autē humiditate esse præditos eos, quod  
 multa illis excrementsa pituitosa generantur: deinde  
 illinc profectus ad commentarios de sanitate tuenda,  
 discas quoq; qua sint uictus ratione nutriendi senes,  
 clare perspicias, quod hoc loco est obscurum. Neq;  
 enim in duo erat humana uita diuidunda, neq; senum  
 dicenda

dicenda corpora humida & mollia, neq; uictus eis sicco temperamento imperandus. At uero iuuenes cum iuuenes. dicat corpore esse concreto, & temperamento sicco, constat solos adultos eum dicere, hosq; appellare iuuenes. Proinde puerorum præterit, & inclinatam ætatem, atq; ut equidem dico, præterea temperatisimam, quæ media est inter pueros & adultos. Atq; adeo deprehendimus suum sibi ipsi esse suspectum sermonem, neq; enim uno uerbo dixit, esse senes sicco uictu nutriti, sed addidit, plerunq;, quod est perinde, ac nō semper. Id quod nec habitui corporis, nec alteri adiecit ætati. Nam sius cuiq; corpori est uictus semper diligendus.

**Q**Uare pro ætate, tempore, & habitu est uictus nobis ineunda ratio, obuiadumq; cōstitutionibus, æstibus, & hyemibus, nā ita deum optima sanitate degemus.

**¶** Haec in summa dixit auctor cū clare, tum uere: quæ sāpē nos, & multis locis explicauimus.

**E**T iter facere hyeme, uelociter debemus: Iter quomodo & quando faciendum.

**¶** Quo pacto iter faciendum sit singulis temporibus, docet. Nam esse hyeme eligendam ambulationem siccantem & calfacientem. Aestate contrariam spectandam: nisi sub Sole, inquit, iter faciēdū est, tū enim festinato opus est, quo liberemur ocyus siccitate & calore, quæ corpori in itinere eiusmodi comparantur.

B iii. Corpulentis

## DE DIETA

**C**orpulentis ocyus est iter faciendum, grasilibus lentius. Multis lauacris æstate utendum, hyeme minus multis. Gracilibus conuenit plus balneum, quam corpulentis.

**T**celer motus augendo plurimū colore corpus colliquat: in motibus uero remissioribus calor mediocris sanguificationi & nutritioni prodest. Quamobrē animantibus, ut bene nutriantur, adiumento est.

Quibus qñ  
uestibus  
utendum

**V**Estes hyeme mundæ sunt induendæ, æste-

**T**Quid scriptor magis congruum, quam quod omnes attulerunt interpretes, intelleixerit, ipse uiderit. Quod si mundas, quia magis calfaciunt, aut halitus non interpellant, ideo uult hyeme indui: & infectas oleo, quod aut refrigerant, aut halitum obstruunt, non probo orationem. Nam mundæ uestes, quæ denso cōtextu sunt, maxime si lacernæ sint, refrigerat. Quo est harū comodior usus. Nam oleo quidē infectæ, plane sordidae sunt. Neq; est quisquam hominū elegātum, qui uestiri tam spuce sustineat, idq; æstate. Cum etiā temporis diuturnitate plus calfaciant oleo infectæ, quam mūdæ, licet primo occursum sint frigidissimæ.

Dieta cras  
forūq; esse  
uestitentes.

**C**RASSI, qui tenues esse uolunt, ieiuniū exercitationes cunctas subire debent, & cibū adhuc anhelantes sumere, haudum refrigerati, & prius uinum bibere dilutum, non admodum frigidum: præterea opsonia sesamis parare, & condimentis,

condimentis, alijsq; id genus. Ac opsonia maiorescopi copia sumantur. Nam ita paucissimis bellarijs saturabuntur.

¶ Quod postremo loco orationis est dictum. Nam ita paucissimis saturabuntur, quidam de omnibus praedictis pronunciari uolunt: quidam de opsonijs tantum, quæ sesamis, & similibus uult condiri, alijsq; multis. At quæ praedicta sunt, haec sunt, ieiumū exercitare: quod quidem aperte uacuat, ut replet a cibo exercitatio. Ad haec ab exercitationibus anhelantes cibum sumere, nondum per halitum eorum calore digesto, aut refrigerato corpore: quam cauissam esse, quo quis celeriter impleatur, liquet. Si uero alia ratione id huius libri auctor uult extenuare, nos præterit. Hoc certe noui, istud in cauissa fuisse, cur multis uiscera sint oppilata, inprimis iecur: ut etiam a cibo uehementes exercitationes. Præterea his, qui habet in iocinore arctos træsus itus alimenti, lauacra obstructones creant. Sed haec omnia una cum distinctis priuatim explicationibus in opere de sanitate tuenda sum persequitur. Restat ut distinctionem ipsam confyderemus, in qua ait: Et prius uinum bibere non admodum frigidum: atq; ita orationem instituit, quasi frigidum esse illud, non admodum tamen frigidum iubeat. Cæterum non ita statim uult ab exercitationibus bibi uinum, sed prius aquam, quæ admodum Athletæ docti experientia faciunt. Quippe uinum caput tentat, si uel mox a balneo præ omnibus alijs cibis & potibus bibatur. Non tamen frigidæ post exercitationes potio, nisi calidam præbibas, noxa uacat. Offendit enim & haec non obscure uentrem ac iecur, nonnullis etiam neruos. Iam corpus etiam auget frigidum uinum, & auctor id resolutere uult.

uult. Nisi forte aliter erat scriptum, & sit lapsus, qui descripsit. ( Nam talia etiam hodie multa cernuntur ) qui pro non omnino calidum scripserit, non admodum frigidum. Etenim qui anhelatisbus adhuc præbere alijs mentum uult, corpore multis vaporibus oppleto, cum trini potione calidi magis illos repleret, quod magnopere calidum nō securs ac frigidum congēdo uentri atq; cōtendendo cōparatū sit : nō committet, ut istud faciat.

**E**T semel tantum cibum sumere, supersede re balneis, duriter cubare, nudumq; obambulare, quoad eius fieri potest.

¶ Rectius diceret parum cibi sumere, quā semel tantū cibum sumere. Sunt enim, qui semel duntaxat cibum sumunt, & longe plus comedunt his, qui bis. At uero ut balneum corpus calfaciēdo, maxime foris, ad digestiōnem refert, & digestorum appositionem : sic si non laues, contrarijs commodes, iam durum cubile sollicitat corpus, comprimit, constringitq; : itaq; eius in omnem partem incrementum interpellat. Eadem ratione nudum deambulare omnes ad cutem attinentes parteis refrigerat, tum uero in altū & uiscera calorem impellit, ut probe quidem coquantur cibi : cæterum quomodo quoquouersum permeent, obstat.

**E** Diuerso qui ex tenuibus crassiores uolūt euadere, omnia hi contra ac illi instituere debent, nec ieuniū quēquam laborem subire.

¶ Contraria ijs, quæ obesis præscribantur, hæc sunt: anhelantes non sumere cibum, sed ubi iam naturaliter respirauerint : necq; semel tantū cibum sumere, uerum iterum

iterum aut ter comedere. Qui uero contra facit, ac illi, qui balneis abstinent, lauabit bis: ut tamen semper imprimis tempus a cibo, secundo balneo tribuat, interim etiam primo. Ita exercitationes quoq; breues & remissas obibit, easq; a cibo. Eadem ratione molliter curbare, nec nudos in aere uersari his cōducit. Quæ causa est, cur Athletæ quasdā statuūt exercitationes, quæ consistunt in hoc, ubi complexibus, uel toto corpore pugnatur, προσάγηδι & σωματωμαχήν ipsi uocat, in his quibus parare corpus studēt, uitantes, ne nudo eos corpore exercitent, nec complexū. Contra quos extenuatos uolunt, celeri exercitatione, ac cītra primum complexum exercitant.

**V**omitus oportet & uentris cataclysmata in hunc modum usurpare. Sex brumalibus mensibus uomere: quia id tempus aestiuo est pituitosius: & morbi caput tentant, & regionem supra septum transuersum. At aestus ubi uigeant, uti cataclysmatis, quippe hoc tempus torridum est, & corpus biliosius, & grauitates lumbos, & genua afficiunt, calorq; urget, præterea fiunt in uentre tormenta. Quare corpus op̄ret, & quæ eleuantur deorsum ab his locis subducere.

¶ Ecquæ uocet cataclysmata, ex his quæ sequuntur, auctor ostendit. haec enim dicit, quæ lacte constant, & ex ciceribus elixā aquā, salsuginē, & aquā marinā. Nam alia horum sunt purgantia medicamenta, quæ totum corpus uacuant. Quare ut balneatores purgare se bal-

C nea

## DE DIAETA

4.07

nea dicunt, cum ab illorum lapidibus cenum abstergunt,  
 & sordes. Ita uentris & intestinorum cataclysmata p*is*  
 tuitam eis & bilem ablunt. Quādo igitur hyeme ge*n*  
 neratur in uentre pituita, auctor nobis est, ut pituitam  
 uomitibus expurgemus. Et bilem æstate innatantem,  
 retrahamus deorsum. Veruntamē uniuersum corpus  
 si purgare instituas, æstate per uentrem superiorem,  
 Apho. 21, hyeme per inferiorē purgabis : ut est in Aphorismis  
 lib. primi, relatum. Nam quæ in præsentī abundant, his medebe*r*  
 ris purgatione, ut tamen per loca, quo uergunt, purga*t*  
 tionem instituas. Siquidem ducenda sunt, quo tendunt,  
 per loca accommodata. At quibus, ne augeantur, uelis  
 ob*s*istere, per contraria loca retrahere debes.

Quæ qbus  
purgatiōes  
cōueniunt.

**A**dministrantur cataclysmata corpulentioribus, & humidioribus falsiora, & tenuiora: Siccioribus, gracilioribus, & imbecillioribus pinguis, & crassior. Cataclysmata, pinguis, & crassa sunt, quæ lacte conficiuntur, & ex ciceribus aqua elixa, & id genus alijs. Tenuia uero, & falsa, brassica, & aqua marina, & quæ eiusmodi sunt.

**T**Quæ magis incidunt, corpulentioribus iubet præberi, quod pituitosiores hi sint, leniores uero gracilibus: nam sunt hi biliosiores. At uero quæ sit materiæ utrorumq*p*, ipse subiicit: quæ quia interpretem nō requirunt, ideo ijs præteritis, ad proxima me conuerto.

Quō uome  
re obesi de  
bent.

**V**omitūs autem hoc modo iritare oportet: homines obesi, ieconi uomanū, currēdo, aut celeriter eundo meridie.

**T**Vult.

**¶**Vult crassis, qui uomituri sunt, corpus excalsactum: quo succi pituitosi, quo plurimo crassi abundat, liqueſcant. Quin etiam omnium apertio uasorum, & angustorum meatuum raritas hac maxime ratione pareatur. Faciunt autem haec omnia ad facilem & minime molestum uomitum.

**S**it hyſopi quadrans cōtriti in congio aquæ: quem ebibat, acetum affundens, & ſal alpergens, quo ſit iucundissimum.

**¶**Incidetem eſſe potionem uelle illum, & qua de cauſa, non eſt obscurum. Namque homines crassi quando- quidem humoribus ſunt prædicti proſuſus crassis, & frigidis, iſcque nonnullis lentis, ideo potionem eorum diſcuentem uult eſſe. Ceterum quantam potionis, quam præſcribit, copiam porrigat, non habeo exacte dicere: quod mensura, quem cōgium uocant, non ſit apud omneis eiusdem capacitatris. Si atticum congium impe- rat bibere, non mihi ille moſ placet, multum enim eſſe uidetur mihi. Erat tamen maioribus ſolene, ſi quando uel lactis ſero, uel eiusmodi purgatione utendum sta- tuiffent, magna copia offerre.

Bibat tardius primum, deinde uelocius.

**¶**Nam a primo ſi affatim bibiffet, continuo uomeret prius, quam omne ebibiffet, atque succos in uentre contẽtos abſterget, queis cum una effunderentur, quos pri- me uenae habent. Sin autem, primo lentius, poſteo omni- nio bibat largius, ea ratione fiet, ut mediocri tempo- re continere poſſit, atque in tempore impetum ad uomitu- cum capiet, quod tandem magis affatim bibat.

C ij Graciliores,

Quō nō  
re debent  
graciles.

**G**raciliores, & imbecilliores à cibo uomitiū prouocent hunc in modum. Calida locuti prebibant meri heminam, mox omnis generis cibos ingerant, nec in comedendo bibāt, nec à cibo, sed contineant se, dum quatuor stadia quis progrediatur. Deinde illis in potum tripes uinum miscebūt, auferunt, dulce, & acidū: primū meracius, & paulatim, tractimq; deinde dilutius, celerius, & affatim.

**T**Calida lotum, præbībere mandat poculum meracius, hac, ut coniçimus, inductus ratione. Calido balneo totum corpus calfit, humores colliquantur, uasa euadunt laxa. Quæ & ipsa uinum meracius præstat, eademq; opera uiribus robur conciliat, cuius habere maximam rationem in gracilibus uidetur. Mox, inquit, omnis generis cibos ingerant, cuius non eandem omneis rationem, qui hunc librum enarraverunt, scripserunt. Nam quibusdam de illis, uarios cibos offerre uidetur, quod inter se mutuo dissidētes, minori negocio uomitum cieant. Alijs, quo plus ingerant, quippe simplices, & unius specie mox saturant. Præterea, non illis concedit statim bibere, ut cibi statim ne supernarent, quod cauet. Et ne istud accidat, tempus etiam constituit interea, quod commorentur, nutritioni insufficiēs. Ipsumq; adeo tempus pronunciauit, dum quatuor stadia quis progredias. Quæ postquam ita præcesserint, dat bibere,   
Quare triplex uina tria, quæ inter se sunt diuersis qualitatibus. Nā ex his uinis hoc esse auferum uult, illud dulce, aliud acidum. Sed hoc etiam loco cauſam reticuit, quamobrem id præscribat. Qui uero ad eius sensum dilutionibus aspirant, dicūt auferum ipsum administrare ob instru-   
mentorum,

## S A L V B R I.

FO. II.

mentorum, per quæ uometur, robur: dulce, ut uomitum concitet, ad hæc quod fundat humores dulce uinum; acidū, ut abstergat, quæ uentri sunt infixa. Forte uero & cibos illis præscripsit diversis qualitatibus, ut hi uentre m̄ confirmem̄, illi uomitum iritent, alij succos abstergant impactos. Verum quod frequenter in sodalium meorum & amicorum cæterorum congresibus dico, non tacebo in præsenti. Non paruum esse istorum delictum censeo, qui rationalem sectam uenit: qui omessa ratione eorum, que dictant, pronunciant, tanquam edicta regia. Nā multo erat satius ipsum libri scriptorem, singulorum præceptorum uim expiri mere: ut fecit HIPPOCRATES in libro de ratione uictis in morbis acutis, ubi de ptissana refert. Nā usque Libro pri-  
fatis eius lenis, continua, iucunda, lubrica, & modice laeta.  
qua est, sitim arcet, & ubi ablutione opus est, facile de- „  
scedit, nō astringit, non uellicat grauiter, neq; in uentre „  
intumescit. Similiter de aqua mulsa, uino, oxymelle, &c „  
Iatracris scribit. Ut initium habeamus uiae, qua nonnulla  
la ab scriptore omissa, quæ cum eius sententia sunt con-  
iuncta, adjiciamus. Et nunc quidem cum alia protulit,  
non addita causæ ratione, tum quod bibendum est uis-  
num primū quidem meracius, & paulatim, & tractim;  
deinde dilutius, celerius, atq; affatim: cogimur nos mē-  
tem conjectare, qua scripsit. Est uero cum omnis alios  
qui ambigua conjectura, tum sane maxime, ubi homi-  
nis sententia etiamnum ignoratur. Proinde dilutius bis-  
bere uinum, celerius, & affatim, de his qui cupiunt uomitum, non  
absolum uideatur dictum esse: quandoq; quidem his qui retinere uolunt, & concoquere alimē-  
tū, contraria conferunt, meracius, paulatim, ac tractim.  
Quare autē, quæ omnino retētioni sunt congrua, hæc  
offerat prima famam uomituri, non habeo, quod probabile adferam. Fortassis horum auctori non alienum  
Cuij uidebatur,

## DE DIÆTA

videbatur, quod interpretibus nonnullis probabatur. Quādo hoc illi propositum est, ut uires hominum græciliū, quibus hæc dictat, ne prosterat, ideo præter cætera eas confirmat, ac mox ad crientia uomitum progressitur. Veruntamen ad uires constituendas tempus, quod a cibo sumpto dabatur, satis erat. Aliud item alij ut dixi, uidetur, non tamē numerandum ut necessariū, quod demonstrationibus stabilitur ex sciētia profectis.

**Q**Ui consueuit bis mensibus singulis uome re, rectius ille ordine duobus diebus uomat, quam quintodecimo quoq; die. Alij plane contra faciunt.

¶ Et huius quoq; oportebat rationē scriptorem comp̄mis apponere, quando præter distinctam ullam declarationem dixit de uomentibus bis quoq; mense. Vide enim esse, qui uacuationis gratia uomūt: ut alios, qui unum diem in mense ieunāt. Et quosdam, qui humorem hunc uentri impactum, aut uiscidum, aut crassum expurgant. Sed nihil tamen causæ est, quin per interualla ista faciamus, non cōtinuis duobus diebus.

**Q**ui facile cibos reuomunt, aut quibus sunt calui astrictæ omnibus cōuenit his crebro in die cibū sumere & esculentis uti uarijs, ac opsonijs uarie paratis, uina item bina bibere, uel terrena. At qui cibos non rejiciunt uomitu, uel aliis sunt prædicti sanis, his ex usu est, ut faciant illi modo contraria.

¶ Qui uētrē purgare, aut corp' uacuare modice uolūt,  
his

**H**is cōfert uomiturs. Atq; hos s̄æpius uult cibū sumere, cumq; uarium, & diuersa uina bibere. Contra, eos qui nolunt uomere, uentre sc̄q; habent plus æquo humidos, ut querant s̄istī, hos nec frequēter comedere, & uarijs cibis & uinis abstinere. Nam semel cibum capere, & eum unicum, uinum item unū bibere, interest ad hoc, ut uenter illa & retineat & coquat. Contraria uero ægrius tū concoquuntur, tum in uentre cōmorātur. Et pro ciborum qualitate, & ordine sumptionis, aut innas-  
tare illos, aut excerni per alium contingit.

**I**Nfantes diu sunt calida lauandi, ijsq; uinum dilutum exhibendum, quod prorsus tamen frigidum non sit. idq; offerendum, quod mini-  
me uentrem attollit, & flatum creat. Atq; hæc facienda sunt, quo minus tentent conuulsiones, ipsiq; crescant, & melioris coloris fiant.

Infantum  
diæta.

**¶** Quo hæc dicta diæta spectet, ipse enarrauit: niempe enim ut minus, inquit, tentent conuulsiones, ipsiq; crescant, & melioris coloris fiant. Nam calida qui multo pueri tempore lauantur, mollia permanent: id quod conuulsionibus resistit. Nam conuulsiones ipse H I P P O C R A T E S frequentiores esse di-  
cit corporib; contentis, quam remissis & laxis:  
Tum mollia corpora facilius augmentur, quod in omnem partem facilius intendantur. Atqui quæ a conuulsionibus libera sunt, probeque crescunt, his totum esse habitum salubrem, id latet neminem. Er-  
go id ipse uno insigni prodidit non contemnendo,  
coloris. Et uero etiam uinum hos dilutum iubet bibe-  
re, nolens eos nimium calefcere, idq; adeo quod non  
raro.

## DE DIAETA

raro laborent conuulsione, quod quidem neruorū imbecillitati & uoracitatī acceptum referūt. Ideoq; uinū eos non frigidum bibere imperat. Atq; uinū quod esse eiusmodi debet, ut minime sit flatuosum, omnib; iuxta, nedum solis infantibus commodat.

Mulierum  
dieta.

**M**ulieribus ratio uictus esse siccior debet, commodiōres enim sunt cibi siccī molliciei carnis : ut item pocula meraciōra referunt plus ad secundas, & foetus nutriendos.

**¶** Mulieribus sicciorē rationē uictus præscripsit: quæ qualis est, ipse subiicit. Cæterum hæc opinio auctoris controuersa est. Etenim si mulieribus esse humidus præter naturam sit, ut in intemperatis naturis, & affectis humidus morbus, recte illas siccaret. Iam cū eis hoc sit naturale, tuendum est : nisi salubrem mediocritatem excedat. Sed illud nos etiam in uiris spectamus. Namq; & his natura comparatum est mulieribus esse siccioribus, qui ubi iustum siccitatem superent, ibi eorum intemperiem contrarijs corrigimus.

Exercita-  
tiones.

**Q**ui exercitantur, his hyeme conuenit curare, & luctari. æstate luctari quidē parū : currere uero haudquaquam : sed deambulare multum in frigore.

**¶** Exercitationum differentias, quæ anni temporibus sunt peculiares, docet quæ hyeme calfacere ualent & exicare ; æstate, contra.

**Q**ui cursu defatigantur, hos oportet luctari. Qui uero defatigantur luctando, currēdum

dum his est. Nam ita laboras partem corporis defatigationi obnoxiam, calidam conseruet, simulq; maximè recreet.

¶ Si ita omnia medici rationales conscripsissent, nō fuisset uerborum fundendorū locus interpretibus relict? Id autē dico, ut addatur cauffa, cur ita nos agere iubet: id quod fecit hoc loco Polybus.

**S**i hos qui exercitantur maximè alui profluua arripiunt, ac excrementa cibum referūt, suntq; cruda, de exercitationibus detrahere debent, non minus tertiam partem, & de cibis dimidiā. Constat enim non ualere uentriculum aceruum ingestorum ciborum omnem calfacere. Sit his cibus panis, quām potest fieri maximè coctus, in uino intritus, potus quām paucissimus & temperatissimus, caueantq; à cibo deambulare. Hoc autem tempore semel tantum oportet illos cibum sumere, nam hoc modo uentriculus maximè calfiat, cibosq; uincat. Porrò modus hic alui pfluuij corpora quæ carne sunt densiore, frequētior exercitat, ubi compellatur homo, quando ita est natura comparatum, uesci carnibus. Venae siquidem cōstipatae, cibos non suscipiunt comesos.

¶ Non uidetur hic de exercitantibus sese gratia sanitatis loqui, sed de his, qui munus aliquod obeunt gymnasticū, ut non detur illis eius omnino dimittendi fas.

D cultas,

## DE DIAETA

cultas, aut admodum multum remittendi. Propterea de illis detrahit, de exercitio tertiam partem, de cibis diuidam. Nam hactenus sperat cibum superaturos, ut non iam aut cruditate laborent, aut aliui profluvio. Ceterum hic quoq; suo officio functus est, quod eorum adscripserit rationē, qua adductus, hæc ipsa & quæ his sunt dicta, præscripserit. Nam modus, inquit, hic aliui profluvij, hos qui carne sunt compactiore, capit, ubi carnes comedere cogant. Vbi de gymnasticis uerba se facere significauit; hos etenim comedere carnes cogunt. Ac subiungit, uenæ constipatae cibos non suscipiunt comedhos. Quod obscure dixit, quare interpretes putare compulsi sunt, constipatas eum dicere, pro induratis, & quæ ægre intenduntur, ut non excipient alimen tum; quod denotari aint ex hoc (cibos non suscipiunt). Sed istud digestionem citius, quam lædere coactionem consueuit, ut excernat illi humida quidem, at non crudatam. Atqui dixit ante, cruda hos, & quæ cibum referrent, deiūcere. Verum quando adscripserit rationem, qua fretus ea consuluit, quæ consuluit, & etiamnum tenemur implicati, quid in ijs orationib; fieri existimabimus, quibus caussam, quare facere illa nos iubeat, non adscripsit? Evidem nisi de his, carne qui sunt compacto, adscripsisset, hærere me ingenue fate rer, ut in multis alijs, in quibus cum nihil eiusmodi ap posuerit auctor, audacissimi isti interpretes quod in mentē uenit, pronunciat. Iam quia præditorū compacta carne meminit, quo cōmentarentur illi quoq;, quod utile esset, de ijs naturis, ansam præbuit. Hi enim citissi me plenitudinē aceruāt, quod nō satis perspirationis habent. Vnde fit, ut cū consistat digestio, prorsus humida eiadā excremēta. Interdum nō humida solū, sed & tenuia. & præter cæteros uoracib;. Nā cum ex deglutitis aliquid in corpus digerit, residua promptius uen ter

ter cōcoquit. At tvero cū ciborū in eo permaneat acer  
tius, si quando eum degraudent, semel deiçit prius uni  
uersos, quam sīnt cōcocti. Potuit etiam per uenarū du  
ritiem, quia intēndi multū non poterāt, digestio impe  
diri alimenti. Verū talium naturarū, quo pacto haberī  
potuit ratio, scribere ipsum oportebat, instituto cōtra  
rio. Siquidem totius habitus sunt scopi, raritas & molli  
ties, quae molli frictione, & multa pinguedine in solijs  
fiunt. Hic uero symptomatibus immoratur, ac eorum  
negligit interim ueluti radicē refecare. Iam in præsen  
ti oratione istud quoq; dicit: constat enim non ualere  
uētriculū aceruum ingestorū ciborū omnem calface  
re. Atqui si uere inculauit habitus densitatem, & ue  
nas cibum nō suscipiētes, iniuste de uentriculo cōque  
ritur. Quod si hīc eū quis uera dicere admittat, sequē  
tē etiam diætam recte esse dictam, caussam nō dixerit.  
Panē percoctum, potū temperatum & pauciorem, se  
mel cibum sumendum, nec a cibo deambulandum.

**E**st hæc quidem præceps natura, & ad par  
tem uertitur utramq; parumq; uiget bo  
nus habitus in eiusmodi corporibus.

¶ Bonū habitū appellauit, compacta carne præditorū  
naturā, quæ æque celeriter facit mutationes. Itaq; sub  
nectit: & ad partē uertitur utrāq; hoc est, ad bonū ha  
bitū, & contrariū. Præterea addit: Parūq; uiget bonus  
habitū in eiusmodi corporibus. Nā in commētarijs in  
Aphorismos ostēdīm<sup>9</sup>, bonū exercitatorū habitū, præ  
ter sanguinis repletionē & carnis, robur cōseruare na Apho. 3.  
turalium facultatū. Sed ut illīc summā habitus bonitatē  
esse periculo ostendimus obnoxiam, quam non cito  
arida corpora consequuntur; ita usuuenit his, qui cor  
pore sunt compacto, posteaquam uelociſſime, propter  
difficilem

## DE DIETA

difficilem per halitum digestionem his generatur, cogiturq; scilicet e uestigio euerti, celerem obtinent generationem & dissolutionem.

Diæta rarerū, & hirsutiorum.

**H**abitus uerò rariores, & hirsutiores carnum esum magis admittunt, & labores. Suntq; his boni habitus diuturniores.

¶ Quod corpora hirsutiora cutem obtinent rariorem, itemq; genus carnosum, in libris de temperamentis dicitur. Quare hæc merito sane commodius ait esum carnium ferre, nempe quæ transpirantur: & labores, quod minus sint lassitudinibus obnoxij, id quod etiam in libris de tuenda sanitate traditum est. Quod si hæc, & bonos habitus habent constantiores, ut quæ non attingant continuo extrimum.

**A**c qui cibos postridie eructant, & si præcordia eleuantur, his tanquam cibis non percoctis, diuturnior somnus prodest, nihilominus horum corpora ad aliū labore sunt adiuncta. Vinum bibant merarius, & largius, cibi uerò minus sumant hoc tempore. Liquet enim præ imbecillitate & frigiditate uentrem non esse ciborum multitudini parem concoquendæ.

¶ Laudo hic eū, quod fini adiecerit: liquet enim præ imbecillitate & frigiditate uentrem non esse ciborum multitudini parem concoquendæ. Nam quasi ad id respiciens, eam studet calfacere, eaq; gratia longioreum somnum eis consulit, item exercitationem, atq; uinum bibere

bibere, & meracius, & copiosius: præterea, id tempore minus comedere, quo ipsis contigit cruditate labore. Nam reliquo tempore exercitantes sese & moventes, uinumq; ut diximus, bibentes, nihil est, quod ciborum mediocrem copiam imminuant.

**Q**VOS sitis infestat, cibos hi & labores minuant, ac uinum dilutū bibant, idq; quam frigidissimum.

¶ Hic expressa est eo modo calidarum naturarū nota, In sexto libro Epidemiā his uerbis. Calido naturaliter frigidæ potio conuenit, & quiescere. Ut enim apellauit corporis temperamentum, subiunxit diætam, quā, qui ita sunt affecti, requirunt. Caput autē eius est, refrigeratio. Potissima in hac diætæ summa sunt, aquæ potio, & uacatio exercitationis. Hoc loco quiescere aliter expressit, nempe labores minuant. Et pro frigidæ potione scripsit, ac uinum dilutum bibant, & quam frigidissimum. Mihi uero rectius hic præcipere uideatur: quod potio diluta & frigida cum refrigerat, tum præterea uini obtinet commoditates.

**Q**uibus uiscera ab exercitatione uel alio itinere dolent, his requiescere iejunis cōfert. Potus sit parcissimus, qui corpus ingressus cieat urinā: ut ne uenæ, quæ uisceribus sunt innatæ, contendantur plenæ. Quippe inflationes hinc, & febres generantur.

¶ Omnia hæc præcepta in lucubratione de sanitate tuenda abunde tradidimus; & nunc memoriae caussa,  
D ij ut

ut in superioribus, ita hoc loco exponemus. Multis enim tametsi febri liberis dolores in uisceribus obo- riuntur, potissimum in iocinore, ubi a cibo se exerci- tauerint, uel lauerint. Cuius quidem cauissa angustia est uisceris transitus, ascendentiumq; crassitudo humo- rum. Etenim occlusi, & resistentes in uenarum stri- ctis finibus, qua sanguis ex simis iocinoris parti- bus transsumitur in concavas, tum transitus opsepiunt, tum uenas intendunt, quae in sima sunt iocinoris re- gione. Quas ita affectas dolores citra febrem exci- piunt. Hos sopire eo tempore oportet, quo infe- stant: ac potare aliquid, urinam quod moueat, & ie- cur referat. Qui nisi minixerint, his occasionibus suc- cedunt flatus & febres.

**Q**uem morbi corripiunt à cerebro pro- fecti, huius primum torpedo caput tenet, meiq; frequentur, ac alia patitur, quae in urinæ stillicidio solent euenire. Hunc illud dies ui- genti molestat. Et de naribus si fluat, aut au- ribus aqua uel muccus, à morbo vindicatur, & urinæ quiescit stillicidium. Meijt autem absq; dolore multum & album: dum diem uigesi- mum transierit, & capitis dolor relinquit ho- minem: cæterum oculos intendantem splendor illum fugit. At uiri est, qui facultate est prædi- tus ratiocinandi (quia homini tanti nihil, atq; sanitas est) nosse de suo consilio in mōrbis ef- se præsto.

**T**Merito habuerūt hanc orationem suspectam. Non

nulli

212 in CI

nulli etiam semel damnarunt, non esse Polybi, & multo minus Hippocratis. Nam orationis omnino non constat initium, uolens cerebri morbos torpedinem inducere & urinæ stillicidium. Quæ tamen oratio, uel si putet quis non cunctos cum cerebri taleis esse morbos constitueret, sed eos solos, quos fluës de naribus, & auribus mucus & aqua depellit, haud est uera. Neq; enim semper ita rē se habere, neq; frequenter appetit.

S LIBRI DE SALVBRIS  
DIAETA CVM GALENI COM-  
MENTARIO HERMANNO  
CRUSERIO CAMPENS-  
SI INTERPRE-  
TE FINIS,

## ¶Errata.

Fol.4.Pag.2.Linea.14 qui.Fol.5.Pag.2.Li.3.a fine, pro humidioris lege siccioris. Fol.6.Pag.1.Li.11.pro humidior lege siccior. Ibidem Li.penult, pro quæ temperata est, lege qui temperatus est. Fol.8.Pag.2.Lin.10.nudusq; Fol.9 Pag.1.Li.23.deorsum. Ibidem Pag.2.Lin.1.coenum. Ibidem Li.14.caraclysmara. Ibidem Lin.17.pinguiora & crassiora. Ibidem Li.23.leniora. Fol.10.Pag.1.Li.2.abundant. Fol.10.Pag.2.Li.24.sufficiens. Fol.11.Pag.2.Li.6.alio. Fol.14.Pag.2.Li.11.obnoxia. Ibidem lin.penult, pro eam cum.